

Contenta.

effecta sua generant aut conservant distinctam notitiam hauriri Bonorum quæ non uni tantum sed pluribus profunt, aut contra eorum quæ pluribus nocent seu mala sint. Et *Sect. 20.* probatur, Hobbianam Philosophiam evincere talem vim omnibus motibus Corporum inesse. Pari ratione ex cognitione finitæ conditionis creaturarum omnium deducitur necessitas limitandi usus rerum quarumlibet & operarum humanarum ad certas personas pro dato tempore; cujus vi obiter eruitur origo Divisionis rerum & Domini ad finem *Sect. 23. §. 24.* Legum Naturalium summa capita proponuntur, earum ordo inter se innuitur. Modusque omnes à primaria deducendi indigatur. *Sect. 26.* Præmia pœnasque cum observatione neglectuque harum è voluntate Primæ causæ in constitutione & gubernatione Mundi cohærere ostenditur. Hobbiumque hoc aliquando asserere quandoq; autem negare, ut jus Omnium in omnia Doctrinæ suæ Civilis ponat. *Sect. 27.* Fundamentum illud doctrinæ Hobbianæ subruitur ad finem capitis *Sectionibus 35.* absoluti.

C A P. II.

IN Secundo capite explicamus quid in hominis, quid in Naturæ nomine comprehenditur: & Sectione quartâ enumerantur distinctius animi humani vires quæ homines cæteris animalibus aptiores faciunt ad Societatem cum Deo hominibusque universis ineundam. Recta Ratio explicatur à 5. Sectione ad finem 10. Universalium

lium